

simis tūm pueris, nunc autem viris ornatissi-  
 mis, primū in literis institueremur, arctissimā  
 que familiaritate cōiuncti essemus. PORRO  
 ab illo tēpore elapsis triginta, & amplius an-  
 nis, cūm ego te nunquam postea viderim: non  
 potui tamē non perpetuò meminisse. Tanta in-  
 sederat animo meo, & tui tunc admiratio, &  
 prudentia, & virtutis in te olim futuræ præ-  
 sarga existimatio. Quæ adeò non fefellit: vt  
 omnem etiam ( quantum de te auidè sciscitans  
 iactari audio) animi mei præsumptionem supe-  
 rarit. Ex quo fit: vt quæ mihi ( dum simplex  
 vtriusque nostrūm ætas, Fortunā, & Genesin  
 disparem parum secernebat) prima fuit tui di-  
 ligendi caussa: ea nunc adauctā incrementum  
 quoq; det amori: qui illa conceptus ætate, illisque  
 studiorum principijs inchoatus: in senectutem  
 vsque firmissimè durat, religiosa quadam im-  
 butus necessitudine. Ergo ego per hūc oblatum  
 qualemcunque libellum, quasi veteri Falerno  
 nouum Hymettium admiscens: veterem illam  
 inter simplices pueros necessitudinem, reuoco in  
 nouam, & præsentem tuæ dignitatis observa-  
 tionem, & Fortunæ ex prudentia factæ gratū-  
 lationem. Quam DEVS O continuis augeat  
 successibus. Vale. Idibus Sept. 1552.